



CORPUS THOMISTICUM
<http://www.corpusthomisticum.org/qdp1.html>

Sancti Thomae de Aquino
Quaestiones disputatae de potentia.

[Textum Taurini 1953 editum
ac automato translatum a Roberto Busa SJ in taenias magneticas
denuo recognovit Enrique Alarcón atque instruxit]

Quaestio 1

Articulus 5

**Quinto quaeritur utrum Deus possit facere quae non facit et dimittere
quae facit.**

Et videtur quod non.

Arg. 1. Deus non potest facere nisi quod praescit se facturum. Sed non praescit se facturum nisi quod facit. Ergo Deus non potest facere nisi quod facit.

Arg. 2. Sed dicit respondens, quod ratio ista procedit de potentia in ordine ad praescientiam, non de potentia absoluta.- Sed contra, immobiliora sunt divina humanis. Sed apud nos quae fuerunt, non possunt non fuisse. Ergo multo minus quae Deus praescivit, non potest non praescivisse. Sed praescientia manente, non potest alia facere. Ergo Deus, absolute loquendo, non potest alia facere quam quae facit.

Arg. 3. Praeterea, sicut divina natura est immutabilis, ita et divina sapientia. Sed ponentes Deum agere ex necessitate naturae ponebant eum non posse alia quam quae fecit. Ergo similiter et nos debemus ponere, qui dicimus Deum agere secundum ordinem sapientiae.

Arg. 4. Sed dicet respondens, quod ratio ista procedit de potentia regulata per sapientiam, non de potentia absoluta.- Sed contra, illud quod non potest fieri secundum ordinem sapientiae absolute homini Christo impossibile dicitur; quamvis illud potuerit de potentia absoluta. Dicitur enim Ioan. VIII, 55: *si dixero quod non novi eum, ero similis vobis mendax*. Poterat enim Christus haec verba pronuntiare; sed quia contra ordinem sapientiae erat, dicitur absolute, quod Christus non potuerit mentiri. Ergo multo amplius quod non est secundum ordinem sapientiae, absolute loquendo, Deus non potest.

Arg. 5. Praeterea, in Deo duo contradictoria simul esse non possunt. Sed absolutum et regulatum contradictionem implicant; nam absolutum est quod secundum se consideratur; illud vero quod regulatur, ordinem ad aliud habet. Ergo in Deo non debet poni potentia absoluta et regulata.

Arg. 6. Praeterea, potentia et sapientia Dei sunt aequales. Una ergo aliam non excedit; potentia ergo absque sapientia esse non potest; et ita potentia divina semper est sapientia regulata.

Arg. 7. Praeterea, quod Deus fecit, est iustum. Sed non potest facere nisi iustum. Ergo non potest facere nisi quod fecit vel faciet.

Arg. 8. Praeterea, bonitatis divinae est ut non solum se communicet, sed ordinatissime se communicet. Sic ergo ea quae fiunt a Deo, ordinate fiunt. Sed praeter ordinem Deus facere non potest. Ergo non potest facere alia quam quae fecit.

Arg. 9. Praeterea, Deus non potest facere nisi quod vult; quia in agentibus per voluntatem potentia sequitur voluntatem, velut imperantem. Sed non vult nisi quae facit. Ergo non potest facere nisi quod facit.

Arg. 10. Praeterea, Deus, cum sit sapientissimus operator, nihil agit sine ratione. Rationes autem quibus Deus agit, Dionysius dicit esse productivas existentium; existentia autem sunt quae sunt; et sic Deus rationes non habet nisi eorum quae sunt. Ergo non potest facere nisi ea quae facit.

Arg. 11. Praeterea, secundum philosophos, res naturales sunt in primo motore, qui Deus est, sicut artificiata in artifice; et sic Deus operatur tamquam artifex. Sed artifex non operatur sine forma vel idea sui operis; domus enim quae est in materia, est a domo quae est in mente artificis, secundum philosophum. Sed Deus non habet ideas nisi eorum quae fecit, vel facit, vel facturum est. Ergo praeter hoc Deus nihil agere potest.

Arg. 12. Praeterea, Augustinus in Lib. de symbolo dicit: *hoc solum Deus non potest nisi quod non vult*. Sed non vult nisi quae fecit. Ergo non potest nisi quae facit.

Arg. 13. Praeterea, Deus mutari non potest. Ergo non se habet ad utrumlibet contrariorum; et sic sua potentia est determinata ad unum. Ergo non potest facere nisi quae facit.

Arg. 14. Praeterea, quidquid Deus facit aut dimittit, facit aut dimittit optima ratione. Sed Deus non potest facere aliquid aut dimittere nisi optima ratione. Ergo non potest facere nec dimittere, nisi quod facit aut dimittit.

Arg. 15. Praeterea, optimi est optima adducere, secundum Platonem, et sic Deus, cum sit optimus, optimum facit. Sed optimum cum sit superlativum, uno modo est. Ergo Deus non potest facere alio modo vel alia quam quae fecit.

Sed contra 1. Est quod dicit Christus Deus et homo: Matth. XXVI, 53: *an non possum rogare patrem?*. Poterat ergo Christus aliquid quod non faciebat.

Sed contra 2. Praeterea, Ephes. III, 20, dicitur: *ei qui potest omnia facere superabundanter quam intelligimus aut petimus*. Non tamen omnia facit. Ergo potest alia facere quam quae facit.

Sed contra 3. Praeterea, potentia Dei est infinita. Hoc autem non esset si determinaretur ad ea tantum quae facit: ergo potest alia facere quam quae facit.

Sed contra 4. Praeterea, Hugo de sancto Victore dicit, quod omnipotentiae Dei non adaequatur opus. Ergo potentia excedit opus: et ita plura potest facere quam quae facit.

Sed contra 5. Praeterea, potentia Dei est actus non finitus, quia non per aliquid finitur. Hoc autem non esset, si limitaretur ad ea quae facit. Ergo idem quod prius.

Conclusio: Respondeo. Dicendum quod hic error, scilicet Deum non posse facere nisi quae facit, duorum fuit: primo fuit quorundam philosophorum dicentium Deum agere ex necessitate naturae. Quod si esset, cum natura sit determinata ad unum, divina potentia ad alia agenda se extendere non posset quam ad ea quae facit. Secundo fuit quorundam theologorum considerantium ordinem divinae iustitiae et sapientiae, secundum quem res fiunt a Deo, quem Deum praeterire non posse dicebant; et incidebant in hoc, ut dicerent, quod Deus non potest facere nisi quae facit. Et imponitur hic error magistro Petro Almalareo.

Harum ergo positionum veritatem inquiramus, vel falsitatem; et primo primae. Quod enim Deus non agat ex necessitate naturae planum est videre. Omne enim agens agit propter finem, quia omnia optant bonum. Actio autem agentis, ad hoc quod sit conveniens fini, oportet quod ei adaptetur et proportionetur quod non potest fieri nisi ab aliquo intellectu, qui finem et rationem finis cognoscat, et proportionem finis ad id quod est ad finem; aliter convenientia actionis ad finem casualis esset.

Sed intellectus praeordinans in finem, quandoque quidem est coniunctus agenti vel moventi, ut homo in sua actione; quandoque separatus, ut patet in sagitta, quae ad determinatum finem tendit, non per intellectum sibi coniunctum, sed per intellectum hominis ipsam dirigentem. Impossibile est autem, id quod agit ex naturae necessitate, sibi ipsi determinare finem: quia quod est tale, est ex se agens; et quod est agens vel motum ex se ipso, in ipso est agere vel non agere, moveri vel non moveri, ut dicitur VIII Physic., et hoc non potest competere ei quod ex necessitate movetur, cum sit determinatum ad unum.

Unde oportet quod omni ei quod agit ex necessitate naturae, determinetur finis ab aliquo quod sit intelligens. Propter quod dicitur a philosophis, quod opus naturae est opus intelligentiae. Unde si aliquando aliquod corpus naturale adiungitur alicui intellectui, sicut in homine patet, quantum ad illas actiones quibus intellectus illius finem determinat, obedit natura voluntati, sicut ex motu locali hominis patet: quantum vero ad illas actiones in quibus ei finem non determinat, non obedit, sicut in actu nutrimenti et augmenti. Ex his ergo colligitur quod id quod ex necessitate natura agit, impossibile est esse principium agens, cum determinetur sibi finis ab alio. Et sic patet quod impossibile est Deum agere ex necessitate naturae; et ita radix primae positionis falsa est.

Sic autem restat investigare de secunda positione. Circa quod sciendum est, quod dupliciter dicitur aliquis non posse aliquid. Uno modo absolute; quando scilicet aliquid principiorum, quod sit necessariam actioni, ad actionem illam non se extendit; ut si pes sit confractus, homo non potest ambulare. Alio modo ex suppositione; posito enim opposito alicuius actionis, actio fieri non potest; non enim possum ambulare dum sedeo. Cum autem Deus sit agens per voluntatem et intellectum, ut probatum est, oportet in ipso tria actionis principia considerare; et primo intellectum, secundo voluntatem, tertio potentiam naturae. Intellectus ergo voluntatem dirigit, voluntas vero potentiae imperat quae exequitur. Sed intellectus non movet nisi in quantum proponit voluntati suum appetibile; unde totum movere intellectum est in voluntate.

Sed dupliciter dicitur Deum absolute non posse aliquid. Uno modo quando potentia Dei non se extendit in illud: sicut dicimus quod Deus non potest facere quod affirmatio et negatio sint simul vera, ut ex supra dictis patet. Sic autem non potest dici quod Deus non potest facere nisi quod facit; constat enim quod potentia Dei ad multa alia potest se extendere. Alio modo quando voluntas Dei ad illud se extendere non potest. Oportet enim quod quaelibet voluntas habeat aliquem finem quem naturaliter velit, et cuius contrarium velle non possit; sicut homo naturaliter et de necessitate vult beatitudinem, et miseriam velle non potest. Cum hoc autem quod voluntas velit necessario finem suum naturalem, vult etiam de necessitate ea sine quibus finem habere

non potest, si hoc cognoscat; et haec sunt quae sunt commensurata fini; sicut si volo vitam, volo cibum. Ea vero sine quibus finis haberi potest, quae non sunt fini commensurata; non de necessitate vult.

Finis ergo naturalis divinae voluntatis est eius bonitas, quam non velle non potest. Sed fini huic non commensurantur creaturae, ita quod sine his divina bonitas manifestari non possit; quod Deus intendit ex creaturis. Sicut enim manifestatur divina bonitas per has res quae nunc sunt et per hunc rerum ordinem, ita potest manifestari per alias creaturas et alio modo ordinatas: et ideo divina voluntas absque praeiudicio bonitatis, iustitiae et sapientiae, potest se extendere in alia quam quae facit. Et in hoc fuerunt decepti errantes: aestimaverunt enim ordinem creaturarum esse quasi commensuratum divinae bonitati quasi absque eo esse non posset.

Patet ergo quod absolute Deus potest facere alia quam quae fecit. Sed quia ipse non potest facere quod contradictoria sint simul vera, ex suppositione potest dici, quod Deus non potest alia facere quam quae fecit: supposito enim quod ipse non velit alia facere, vel quod praesciverit se non alia facturum, non potest alia facere, ut intelligatur composite, non divisim.

Ad primum ergo dicendum, quod haec locutio, Deus non potest facere nisi quod praescit se facturum, est duplex: quia exceptio potest referri ad potentiam quae importatur per *ly* potest, vel ad actum, qui importatur per *ly* facere. Si primo modo, tunc locutio est falsa. Plura enim potest facere quam praesciat se facturum; et in hoc sensu ratio procedebat. Si autem secundo modo, sic locutio est vera; et est sensus, quod non potest esse quod aliquid fiat a Deo, et non sit a Deo praescitum. Sed hic sensus non est ad propositum.

Ad secundum dicendum, quod in Deo non cadit praeteritum et futurum; sed quidquid est in eo, est totum in praesenti aeternitatis. Nec praeteritum vel futurum in eo verbum significatur, nisi per respectum ad nos; unde non habet hic locum obiectio de necessitate praeteriti. Nihilominus dicendum est, quod obiectio non est ad propositum: quia praescientia non commensuratur potentiae faciendi, de qua est quaestio; sed solum divinae actioni, ut dictum est.

Ad tertium dicendum, quod illi qui dicebant Deum agere ex necessitate naturae, ponebant positionem de qua agitur, non solum ratione immutabilitatis naturae, sed ratione determinationis naturae ad unum. Sapientia autem divina non est determinata ad unum, sed se habet ad multa scienda; unde non est simile.

Ad quartum dicendum, quod Christus non poterat velle dicere illa verba absolute, quae mendacium important, sine praeiudicio suae bonitatis. Sic autem non est in proposito, ut ex dictis patet; et ideo non sequitur.

Ad quintum dicendum, quod absolutum et regulatum non attribuuntur divinae potentiae nisi ex nostra consideratione: quae potentiae Dei in se consideratae, quae absoluta dicitur, aliquid attribuit quod non attribuit ei secundum quod ad sapientiam comparatur, prout dicitur ordinata.

Ad sextum dicendum, quod potentia Dei numquam est in re sine sapientia: sed a nobis consideratur sine ratione sapientiae.

Ad septimum dicendum, quod Deus fecit quidquid est iustum in actu, non autem quidquid est iustum in potentia; potest enim aliquid facere quod nunc non est iustum, quia non est: tamen si esset, faceret iustum.

Ad octavum dicendum, quod divina bonitas potest se communicare ordinate, non solum isto modo quo res operatur, sed multis aliis.

Ad nonum dicendum, quod licet Deus non velit facere nisi quae facit, potest tamen alia velle; et ideo, absolute loquendo, potest alia facere.

Ad decimum dicendum, quod rationes illas, de quibus Dionysius loquitur, intelligit esse productivas existentium absolute, non solum autem eorum quae nunc sunt in actu.

Ad undecimum dicendum, quod in hac quaestione versatur, utrum eorum quae nec sunt, nec erunt, nec fuerunt, quae tamen Deus facere potest, sit idea. Videtur dicendum, quod si idea secundum completam rationem accipiatur, scilicet secundum quod idea nominat formam artis, non solum intellectu excogitata, sed etiam per voluntatem ad opus ordinatam, sic praedicta non habent ideam; si vero accipiatur secundum imperfectam rationem, prout scilicet est solum excogitata in intellectu artificis, sic habent ideam. Patet enim in artifice creato quod excogitat aliquas operationes quas nunquam operari intendit. In Deo vero quidquid ipse cognoscit, est in eo per modum excogitati; cum in ipso non differat cognoscere actu et habitu. Ipse enim novit totam potentiam suam, et quidquid potest: unde omnium quae potest habet rationes quasi excogitatas.

Ad duodecimum dicendum, quod intelligendum est hoc Deum non posse quod non vult se posse: et sic non facit ad propositum.



Ad decimumtertium dicendum, quod licet Deus sit immutabilis, tamen eius voluntas non est determinata ad unum in his quae facienda sunt: et ideo habet liberum arbitrium.

Ad decimumquartum dicendum, quod optima ratio, qua Deus omnia facit, est sua bonitas et sua sapientia: quae maneret, etiam si alia, vel alio modo faceret.

Ad decimumquintum dicendum, quod illud quod facit, est optimum per ordinem ad Dei bonitatem: et ideo quidquid aliud est ordinabile ad eius bonitatem secundum ordinem suae sapientiae, est optimum.



AQUINATE

<http://www.aquinate.net/traduções.html>

São Tomás de Aquino Questões disputadas sobre a potência de Deus.

[Tradução Prof. Dr. Paulo Faitanin]

Questão 1

Artigo 5

Quinto se pergunta se Deus pode fazer o que não faz e deixar de fazer o que faz.

E parece que não.

Arg. 1. Deus não pode fazer senão o que conhece que fará. Ora, não conhece o que fará senão só o que faz. Logo, Deus não pode fazer senão o que faz.

Arg. 2. Porém diz quem responde que este argumento procede da potência com relação à presciência, não com relação à potência absoluta. – Mas em oposição, a natureza divina é mais imóvel do que a humana. Ora, para nós as coisas que foram não podem não ter sido. Portanto, muito menos o que Deus previu não pode não ter préconhecido. Ora, se permanece a presciência não pode fazer outras. Logo, Deus, falando de um modo absoluto, não pode fazer outras coisas além das que faz.

Arg. 3. Ademais, assim como a natureza divina é imutável, assim também o é a sabedoria divina. Ora, os que admitem que Deus opere por necessidade de sua natureza admitiam que Ele não pudesse fazer outras coisas além das que faz. Logo, de modo semelhante nós devemos admitir que Deus age segundo a ordem da sabedoria.

Arg. 4. Mas o interlocutor diz que esta argumentação procede da potência regulada pela sabedoria, não da potência absoluta. – Mas em oposição, aquilo que não pode ser feito segundo a ordem da sabedoria diz-se absolutamente impossível em Cristo Homem, ainda que aquilo pudesse proceder da potência absoluta. Diz-se, pois, em *João* 8, 55: “Se dissesse que não O conheço, seria mentiroso como vós”. Cristo podia, pois, pronunciar estas palavras; ora, porque era contra a ordem da sabedoria, diz-se, de modo absoluto, que Cristo não poderia mentir. Logo, por maior força de razão, falando absolutamente, Deus não pode o que não é segundo a ordem da sabedoria.

Arg. 5. Ademais, em Deus não podem dar simultaneamente duas coisas contraditórias. Ora, o absoluto e o regular implicam contradição; pois, o absoluto é considerado em si mesmo; mas o que é, pois, regulado, tem a sua ordem por outro. Logo, não se deve colocar em Deus a potência absoluta e a regulada.

Arg. 6. Ademais, a potência e a sabedoria de Deus são iguais. Portanto, uma não supera a outra; logo, não poderia existir a sabedoria sem a potência; e, por esse motivo, a potência divina sempre é regulada pela sabedoria.

Arg. 7. Ademais, o que Deus fez é justo. Ora, não pode fazer senão o que é justo. Logo, não pode fazer senão o que fez e fará.

Arg. 8. Ademais, é próprio da bondade divina que não só se comunique, mas que se comunique segundo uma ordem perfeita. Assim, portanto, as coisas que Deus faz, são todas ordenadas. Ora, Deus não pode fazer fora de sua ordem. Logo, não pode fazer outras coisas para além das que faz.

Arg. 9. Ademais, Deus não pode fazer senão o que quer; pois nos agentes que agem pela vontade, a potência segue a vontade ou ao império. Ora, não quer senão o que faz. Logo, não pode fazer senão o que faz.

Arg. 10. Ademais, Deus, sendo agente sapientíssimo, nada faz sem razão. As razões, porém, pelas quais Deus age, diz Dionísio em *Sobre os nomes divinos*, 5, 8, que são produtoras das coisas existentes; as coisas que existem são as que são; e, assim, as razões de Deus não são senão acerca das que são. Logo, não pode fazer senão aquelas que faz.

Arg. 11. Ademais, segundo os filósofos, as coisas naturais procedem do primeiro motor, que é Deus, como as artificiais procedem do artífice. Ora, o artífice não opera sem a forma ou a idéia de sua obra; a casa que está, pois, na matéria é a casa que está na mente do artífice, conforme ensina o Filósofo em *A reprodução dos animais*, II, 1, 735^a 1-3. Ora, Deus não tem idéias senão daquelas coisas que fez, faz ou fará. Logo, com a exceção disso, Deus não pode fazer nada.

Arg. 12. Ademais, Agostinho escreve no livro *Sobre o Símbolo* (Sermão 214, 3 [PL 38, 1067]: “Deus não pode fazer senão o que não quer”. Ora, não quer senão o que fez. Logo, não pode senão o que faz.

Arg. 13. Ademais, Deus não pode mudar. Portanto, não pode escolher entre os contrários; e, assim, sua potência está determinada a um só deles. Logo, não pode fazer senão o que faz.

Arg. 14. Ademais, qualquer coisa que Deus faz ou deixa de fazer, faz ou deixa de fazer pela melhor razão. Ora, Deus não pode fazer algo ou deixar de fazê-lo senão pela melhor razão. Logo, não pode fazer ou deixar de fazer senão o que faz ou deixa de fazer.

Arg. 15. Ademais, é próprio do melhor que conduza ao ótimo, conforme Platão em *Timeu* 29e e 30c, e assim Deus, sendo ótimo, faz o ótimo. Ora, sendo o ótimo o superlativo, é de um único modo. Logo, Deus não pode agir de outro modo ou fazer outras coisas para além das que fez.

Mas contra 1. Está o que diz Cristo Deus e Homem em *Mateus* 26, 53: “acaso não posso rogar a meu Pai?”. Cristo poderia, portanto, fazer algo que não fazia.

Mas contra 2. Ademais, em *Efésios* 3, 20 se diz: “Ao que tem poder para fazer superabundantemente todas as coisas que pensamos ou pedimos”. Contudo, não faz tudo. Logo, pode fazer outras coisas para além das que faz.

Mas contra 3. Ademais, a potência de Deus é infinita. Ora, isto não seria assim se fosse determinada só ao que faz; logo, pode fazer outras coisas para além da que faz.

Mas contra 4. Ademais, Hugo de São Vitor em *Sobre o sacramento da fé cristã*, I, II, 22 [PL 176, 216] afirma que a obra de Deus não é adequada a sua onipotência. Logo, a sua onipotência excede à sua obra: e, assim, pode fazer mais coisas para além das que faz.

Mas contra 5. Ademais, a potência de Deus é ato não finito, porque não está limitada por algo. Mas não seria assim se estivesse limitada pelo que faz. Logo, o mesmo que o anterior.

Conclusão: Respondo dizendo que este erro de que Deus não pode fazer senão o que faz, procede de duas fontes: em primeiro lugar procede do que alguns filósofos diziam de que Deus age por necessidade da natureza. Se fosse assim, estando a natureza determinada a um, a potência divina não poderia ser estendida para operar para além do que faz. Em segundo lugar procede do que alguns teólogos que consideram que as coisas foram feitas por Deus conforme à ordem da justiça e da sabedoria divinas e afirmavam que Deus não pode transgredir esta ordem; e insistindo nisso, diziam que Deus não pode fazer senão o que faz. Atribui-se este erro ao mestre Pedro Abelardo em *Theologia Scholarium*, III, 27-38 [Corpus Christianorum, 13].

Investigamos, pois, primeiramente a verdade ou a falsidade destas; e em primeiro lugar a primeira posição. Que Deus não age por necessidade da

natureza é claro. Todo agente age, pois, por causa de um fim, pois todas tendem ao bem. Mas a ação do agente, no que seja conveniente ao fim, convém que se adapte e lhe seja proporcionado, o que não pode ser feito senão por algum intelecto que conhece o fim e a natureza do fim, sua proporção e o que lhe conduz ao fim; pois de outra maneira a conveniência da ação ao fim seria casual.

Ora, o intelecto está preordenado ao fim, algumas vezes, quanto está unido o agente ou o que move, como o homem em sua ação; outras vezes está separado, como a flecha que tende a determinado fim, não por causa do intelecto a si unido, mas pela direção que lhe imprimiu o intelecto do homem. Ora, é impossível que aquilo que age por necessidade da natureza determine o seu próprio fim: porque o que é de tal maneira, é agente por si mesmo; e o que é agente ou motor por si mesmo, nele mesmo se encontra o agir ou o não agir, o mover-se ou o não se mover, como se diz em *Física*, VIII, 4, 255^a 7-9, e isto não pode corresponder-lhe se se move por necessidade, sendo determinado a um.

Onde é preciso que todo aquele que age por necessidade da natureza que o fim lhe seja determinado por algo que seja inteligente. Diz-se por causa disso os filósofos que a obra da natureza é obra da inteligência. Onde, quando algum corpo natural se une a algum intelecto, como ocorre com o homem, a natureza obedece à vontade, com relação àquelas ações cujo fim é determinado pelo intelecto deles, como, por exemplo, no caso do movimento local do homem: não obedece, pois, quanto àquelas ações nas quais não se determina o fim, como no caso do ato da nutrição e do crescimento. Logo, por isso se compreende que é impossível que o que aja por necessidade da natureza seja o primeiro agente, e tenha o seu fim determinando por outro. E assim fica claro que é impossível que Deus opere por necessidade da natureza; e, assim, o ponto de partida da primeira posição é falsa.

Assim, pois, resta investigar a segunda posição. Acerca da qual se deve saber que de duas maneiras se diz que alguém não pode fazer algo. Uma maneira de um modo absoluto; quando, pois, algum dos princípios que é necessário para a ação, não se estende àquela ação; como, por exemplo, se o pé está fraturado o homem não pode andar. Outra maneira por uma suposição; a posição, pois, oposta à alguma ação, a ação não pode ser feita; não se pode pois andar estando sentado. Sendo, pois, Deus agente pela vontade e pelo intelecto, como foi provado, é preciso que se considere nele mesmo três princípios da ação; em primeiro lugar o intelecto, segundo a vontade e terceiro a potência da natureza. O intelecto dirige, pois, a vontade, a vontade comanda, pois, a potência que executa. Ora, o intelecto não move senão enquanto propõe à vontade seu apetecível; onde todo o mover do intelecto está na vontade.

Ora, se diz de duas maneiras que Deus não pode fazer algo de modo absoluto. Uma maneira quando a potência de Deus não se àquilo: como ao dizermos que Deus não pode fazer que a afirmação e a negação sejam, simultaneamente, verdadeiras, tal como ficou claro acima. Não se pode deduzir, pois, que Deus não possa fazer senão o que faz; consta, pois, que a potência de Deus pode estender-se a muitas outras coisas. Outra maneira quando a vontade de Deus não pode se estender a isso. É preciso, pois, que qualquer vontade possua algum fim ao qual naturalmente queira, e não possa querer o seu contrário; como o homem naturalmente e por necessidade que a felicidade e não pode querer a infelicidade. Quando a vontade quer necessariamente seu fim natural, quer também necessariamente, se as conhece, aquelas coisas sem as quais não pode alcançar o fim; e estas coisas são as que são proporcionadas ao fim; como, por exemplo, se quero a vida, também quero o alimento. Aquelas coisas sem as quais posso alcançar o fim, aquelas, pois, que não são proporcionais ao fim, não as quer por necessidade.

Logo, o fim natural da vontade divina é a sua bondade, que não pode não querer. Ora, as criaturas não são proporcionadas a este fim, assim que sem estas não se poderia manifestar a bondade divina; motivo pelo qual Deus se vale das criaturas. Como, pois, a bondade divina se manifesta por estas criaturas que agora existem e por esta ordem das coisas, assim, também, pode manifestar-se por meio de outras criaturas e que estejam de outro modo ordenadas: e, por isso, a vontade divina sem prejuízo de sua bondade, justiça e sabedoria, pode se estender as outras coisas distintas das que faz. E nisto foram enganados os que permaneceram no erro: estimaram, pois, que a bondade divina estivesse proporcionada à ordem das criaturas, como se não pudesse ser sem esta ordem.

Logo, é evidente que Deus pode absolutamente fazer outras coisas para além das que fez. Ora, porque Ele mesmo não pode fazer com que as coisas contraditórias sejam simultaneamente verdadeiras, poder-se-ia dizer, a partir desta suposição, que Deus não pode fazer outras coisas para além das que fez: a suposição, pois, de que Ele mesmo não queira fazer outras coisas para além das que fez ou que preconhecesse as que não faria, não pode fazer outras, enquanto se entenda compostamente e não separadamente.

Ao primeiro, respondo dizendo que esta sentença, ‘Deus não pode fazer senão o que preconhece acerca do que poderá fazer’ é ambígua: porque a exceção pode referir-se à potência que se expressa pelo *pode*, ou ao ato que se expressa pelo *fazer*. Se se refere ao primeiro modo, então é falsa. Deus pode, pois, fazer mais coisas do que preconheça que fará; e neste sentido era procedente o argumento. Se se refere, porém, ao segundo modo, esta expressão é verdadeira; e tem sentido que Deus não possa fazer algo que não lhe seja preconhecido. Mas este sentido não corresponde ao propósito.

Ao segundo, respondo dizendo que em Deus não cabe passado e futuro; ora, qualquer coisa que exista nele está toda no presente da eternidade. Nem a palavra passada nem a futura tem significado, senão com relação a nós; donde não tem lugar para uma objeção acerca da necessidade do passado. Contudo, deve-se dizer que esta objeção não é a propósito: porque a presciência não é medida pela potência de fazer, acerca da qual é a questão; mas só a ação divina, como foi dito.

Ao terceiro, respondo dizendo que aqueles que diziam que Deus agia por necessidade da natureza colocavam-se na posição da qual se trata, não só pela razão da imutabilidade da natureza, mas pela razão da determinação da natureza a um fim. Mas a sabedoria divina não se determina só a um, mas a muitos objetos sabidos; onde não é semelhante.

Ao quarto, respondo dizendo que Cristo não poderia querer dizer aquelas palavras de um modo absoluto, o que implicaria em mentira, sem prejuízo para a sua bondade. Assim, pois, não se refere ao propósito, como ficou claro pelo dito; e, por isso, não se aplica.

Ao quinto, respondo dizendo que absoluto e regulado não são atribuídos à potência divina senão por nossa consideração; esta potência de Deus considerada em si mesma, que se diz absoluta, atribui algo que não lhe acrescenta ao que se compara à sabedoria e por causa disso se diz ordenada.

Ao sexto, respondo dizendo que a potência divina nunca se dá na realidade sem a sabedoria: mas nós a consideramos sem a noção de sabedoria.

Ao sétimo, respondo dizendo que Deus fez o que é justo em ato, porém não o que é justo em potência; pode, pois, fazer algo que agora não é justo, porque não é: se fosse, a faria justa.

Ao oitavo, respondo dizendo que a bondade divina pode ser comunicada com ordem, não só deste modo como a realidade opera, mas de muitos outros.

Ao nono, respondo dizendo que embora Deus não queira fazer senão o que faz, pode ainda querer outras coisas; e, por isso, falando de um modo absoluto, pode fazer outras coisas.

Ao décimo, respondo dizendo que aquelas idéias das quais falava Dionísio se entende que são produtoras das realidades que existem de um modo absoluto, mas não só daquelas que agora existem em ato.

Ao décimo primeiro, respondo dizendo que nesta questão se considera se existe as idéias das coisas que não são, não serão e nem foram, as quais Deus pode ainda fazer. Parece que se deve dizer que se a idéia é tomada no sentido de uma natureza completa, ou seja, segundo se lhe toma para nomear a arte, não só pensada pelo intelecto, mas também pela vontade ordenada à ação, assim entendida as coisas preditas não têm idéia; mas se, pois, é tomada no sentido imperfeito, enquanto só existe no intelecto do artífice, assim se tem a idéia. Evidencia-se, pois, que no artífice criado exista outras operações as quais nunca pretende realizar. Mas em Deus, tudo o que Ele conhece existe nele como pensado; pois nele não difere conhecer em ato e em hábito. Ele mesmo conhece, pois, toda a sua potência e tudo o que pode: onde, de todas as coisas que Ele pode, Ele tem as idéias como pensadas.

Ao décimo segundo, respondo dizendo que se deve entender isto de que Deus não pode o que não quer poder: e entendido assim isso não vem ao caso.

Ao décimo terceiro, respondo dizendo que embora Deus seja imutável, sua vontade não é, contudo, determinada de um único modo ao que deve fazer: e por isso tem livre arbítrio.

Ao décimo quarto, respondo dizendo que a ótima razão pela qual Deus faz todas as coisas é a sua bondade e a sua sabedoria: que permanece se também faz outras ou se fizesse de outro modo.

Ao décimo quinto, respondo dizendo que aquilo que faz é ótimo com relação à ordem da bondade de Deus: e, por isso, qualquer coisa que esteja ordenada à sua bondade é ótima, segundo a ordem da sua sabedoria.